



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum IX. De Imaginibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

MEMBRUM VIII.

De Reliquijs Sanctorum.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipuè*. 1. *Cautela in recipiendis*, scilicet, ut, si aliquæ ejusmodi Reliquiæ aliundè offerantur, non facile accipiantur, aut exponantur, nisi Episcopo recognoscente, aut approbante, quemadmodum Concilium Tridentinum Sess. 25. de decr. 2. requirit. 2. *Diligentia in asseruendis*, scilicet & in decoris vasculis observentur, & in cithis bene clausis, clave apud se retenta, custodiantur, si celeberrime sint. 3. *Religiò in exponendis*, ut videlicet non tantum tempore in Altari exponantur, aut si alicubi mos feratur, sed etiam in Concilio, ut per se luminibus Populo monstrantur, & veneracionem Populo moneatur ad debitum cultum, & veneracionem exhibendam, simulque ad vitandos abusos & superstitiones sedulò cavendos.

MEMBRUM IX.

De Imaginibus.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipuè*. 1. *Selectum*, ut, quemadmodum jam supra Concilium Nicænum graviter prohibuit, imagines vanas, nugaces aut inhonestas studiosè arceantur; è contrario illæ substituantur, quæ & ad articulos fidei nostræ inculcandos, & ad pietatem, devotionemque excitandam commodius magis videbuntur. 2. *Cultum*, quem in finem sapienter in Concionibus, tum in Carechismi explicacione, quando imaginibus præmij loco dividit, explicare debet, quâ intentione ejusmodi imaginibus honorem & veneracionem tribuat Ecclesia; & quomodo per hoc nulla idololatria ab ipsa mittatur, uti falsò & vanè criminantur Hæretici. 3. *Modum*, ut scilicet accuratè doceat, in quos usus ejusmodi imagines adhibere; quomodo in domibus & parietibus suspendere, ante illas suo tempore orationem perfolvere, & aliis que necessitates, perinde ac si ipsi sancti præsentessent, illis commendare debeant.